12r

ſed non ſint ſolliciti; Loquebatur enim de pre
ſentia corporis ſui; Nam ſecundum maieſtatem
ſuam ſecundum prudentiam. ſecundum ineffabilem
inuiſibilem gratiam. impletur ab eo quod dic
tum eſt. ecce ego uobiſcum ſum uſque in con
ſummationem ſeculi; Secundum carnem uero quod
uerbum aſſumpſit. ſecundum id quod de uirgine
natus eſt. ſecundum id quod a iudaeis prenſus.
quod ligno confixus. quod de cruce depoſitus
quod linteis inuolutus. quod in ſepulchro con
ditus. quod reſurrectione manifeſtatus.
non ſemper habetis nobiſcum; Quare?
[illegible]

aſcendit in caelum; et non eſt hic; Ibi eſt
enim. ſedet ad dexteram patris. et hic eſt;
Non enim receſſit a praeſentia maieſtatis;
Secundum praeſentiam maieſtatis ſemper habemus xpm.
ſecundum praeſentiam carnis recte dictum eſt
diſcipulis. me autem non ſemper habebitis;
Habuit enim illum eccleſia ſecundum praeſentiam
carnis paucis diebus. modo fide tenet
[illegible]

uanitatis; Uiſo lazaro reſuſcitato. quia
tantum miraculum domini. tanta erat euiden
tia diffamatum. tanta manifeſtatione
declaratum. ut non poſſent uel occul
tare quod factum eſt uel negare. quid
inuenerunt iudaei; Cogitauerunt autem
principes ſacerdotum. ut et lazarum interficerent.
quia multi propter illum abibant
ex iudaeis et credebant in ihm; O ſtulta
cogitatio. et caeca ſaeuitia; Dominus xps qui
ſuſcitare potuit mortuum. non poſſet occi
ſum ... quando lazarum [illegible]
[illegible]

rum mortuum. et ſeipſum ſuſcitauit
occiſum. In craſtinum autem turba multa que
uenerat ad diem feſtum. uſque ad id quod ait;
Si quis mihi miniſtrauerit honorificabit illum
pater meus; Poſtea quam dominus quatriduanum mor
tuum ſuſcitauit. ſtupentibus iudaeis. et aliis
uidendo credentibus aliis inuidendo
pereuntibus propter odorem bonum quem ... alii ad
uitam alii ad mortem ... poſtea quam diſcubu[illegible]

r o N
Juc I6, Rd 1
hinten
Cod. 756
60c